

in hodiernam quippe diem *Iansu-*
chian appellatur. legebamus præ-
 terea ad Austrum regna novem;
 sed ad Boream regna sex eo in re-
 gno reperiri, quæ plane cum quin-
 decim Sinensis regni Provinciis
 non numero solum, sed ipsa quo-
 que re conveniunt. Sunt enim hæ
 provinciæ regna etiam vasta quin-
 decim. aliquas enim ex illis uni-
 versam Italiam nihil est dubium
 magnitudine superare. Ad Au-
 strum quoque ex his novem sitæ
 sunt, sub eo nempe flumine, quod
 modo nominavi. Ad Boream ve-
 ro sex supra flumen illud ipsum nu-
 merantur. Indicium etiam ex cu-
 jusdam auctoritate clarius accepi-
 mus. Anni sunt plus minus quadra-
 ginta, hoc scilicet quo scribimus
 millesimo sexcentesimo octavo,
 ex quo Pechinum ex Arabia Tur-
 cæ duo aut Mahometani saltem
 pervenerunt. Illi terrestri semper
 itinere ad Sinarum Regem leo-